Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



exercitum dñi cœli assistentem ei. ad
dextris & sinistris. & dixit dominus
quis decipiet achab regem israel ut as
cendat & corruat in ramoth galaad.
Quique dicebat unus hoc modo. & alter
alio. processit spiritus & stetit coram
domino & ait. ego decipiam eum. Cui
dominus. in quo inquid decipies. At
ille respondit. Egrediar & ero spiritus
mendax in ore omnium prophetarum
eius. dixitque dominus. decipies & pre
valebis egredere & fac ita. Nunc igitur
ecce dedit dominus spiritum mendacii
ore omnium prophetarum tuarum & dñs
locutus est de te mala. Accessit autem se
dechias filius chanaane & percussit mi
cheam maxillam & ait. per quam via tra
nsiit spiritus domini a me ut loqueretur
tibi. Dixitque micheas. tu ipse videbis
in die illa quando egressus fueris cubi
culum de cubiculo ut abscondaris. Pre
cepit autem rex israel dicens. tollite mi
cheam & ducite eum ad amon princi
pem civitatis & ad ioas filium ama
leech & dicetis. Hec dicit rex. mittite
hunc carcerem & date ei panis mo
dicum & aque paucillum donec reuer
tar in pace. Dixit quoque micheas. Si re
uersus fueris in pace. non est locutus
dominus in me. Et ait audite po
puli omnes. Igitur ascenderunt rex
israel & iosaphat rex iuda in ramoth
galaad. dixit que rex israel ad iosaphat.
Commuta habitum & sic ad pugnam vada.
tu autem induere vestimentis tuis.
Commutato que rex israel habitu venit ad bel
lum. Rex autem syrie precepat duo
bus equitatus sui dicens. Ne pugna
ntis contra minimum aut maximum
nisi contra solum regem israel. Itaque
cum vidissent principes equitatus
iosaphat dixerunt. Rex israel est iste. &
circumdederunt eum dimicantes. At
ille clamavit ad dñm & auxiliatus
est ei. atque averterunt eos a bello. Cum vi
dissent duces equitatus quod non
esset rex israel reliquerunt eum. Accidit
autem ut vnus explo sagittam in in
certum iaceret & percussit regem israel
inter cervicem et scapulas. At ille
auriga suo ait. Convertite manum tua
& educ me de acie. quia vulneratus sum
Et fuit ira pugna in die illo. porro
rex israel stabat in curru suo contra si
rios usque ad vespam & mortuus est
cadente sole.

XIX

Reversus est autem iosaphat
rex iuda in domum suam
pacifice in iherusalem. Cui occ
urrerit ieu filius hanani videns
ait ad eum. Impio prebes auxilium
et his qui oderunt dñm. amicitia
iungeris & ideo iram merebaris. Sed
quia bona opera inventa sunt in te eo
quod abstuleris lucos de terra iuda et
preparaveris cor tuum ut requiras dñm de
um tuum & patrum tuorum parce
ubi. Habitavit ergo iosaphat in iherusalem.
Rursum que egressus est ad plebem de
bersabee usque ad montem effraim.
& revocavit eos ad dominum deum pa
trum suorum. Constituit que iudices
terre in cunctis civitatibus iuda mu
nitis singula loca & precipiens iu
dicibus videte ait quid facitis. non
enim exercetis hominis iudicium sed
domini & quodcumque iudicaveritis in vo
redundabit. Sit timor domini vobis